dominicam cenam man[…]
Unusquisque enim su[…]
presumit ad manducandum.
Et alius quidem esurit. alius
autem ebrius est. Numquid domos non
habetis ad manducandum
et bibendum. aut ecclesiam dei
contempnitis. et confunditis e-
os qui non habent? Quid dicam
vobis? Laudo vos? in hoc non
laudo. Ego enim accepi a do-
mino quod et tradidi vobis. quoniam
dominus ihesus christus in qua nocte tra-
debatur. accepit panem et gra-
cias agens fregit et dixit. Hoc
est corpus meum quod pro vobis
tradetur. hoc facite in meam
commemorationem. Similiter et
calicem: postquam cenavit di-
cens. Hic calix novum testamen-
tum est in meo sanguine. hoc
facite in meam commemoratio-
nem. Quotienscumque enim man-
ducabitis panem hunc et cali-
cem bibetis: mortem domini an-
nunciabitis donec veniat. Ita-
que quicumque manducaverit pa-
nem vel biberit calicem domini
indigne: reus erit corporis et
sanguinis domini. Probet autem

[…] et pane illo e-
[…]alice bibat. Qui autem
manducat et bibit indigne. iudi-
cium manducat et bibit. non diiu-
dicans corpus domini. Ideo inter vos
multi infirmi et inbecilles: et dor-
miunt multi. Quod si nos met ip-
sos diiudicaremus: non utique iudi-
caremur. Dum iudicamur autem a domino cor-
ripimur: ut non cum hoc mundo dampne-
mur. G. Christus factus est. ut in fine libri.
Ante evangelium portentur candele et incensum.
In illo tempore. Ante diem festum | Secundum Iohannem.
pasche. sciens ihesus quia venit ho-
ra eius. ut transeat ex hoc mundo
ad patrem. cum dilexisset suos
qui erant in mundo: in finem dile-
xit eos. Et cena facta cum diabolus
iam misisset in cor ut traderet eum
iudas symonis scarioth. sciens
quia omnia dedit ei pater in manus:
et quia a deo exivit et ad deum va-
dit. surgit a cena et ponit vesti-
menta sua. Et cum accepisset lin-
theum: precinxit se. Deinde mi-
sit aquam in pelvim: et cepit la-
vare pedes discipulorum et exterge-
re linteo quo erat precinctus.
Venit ergo ad symonem petrum. et
dicit ei petrus. Domine tu michi lavas

petro: Respondit ihesus et dixit ei.
Quod ego facio tu nescis modo: scies
autem postea. Dicit ei petrus. Non la-
vabis mihi pedes in eternum. Res-
pondit ei ihesus. Si non lavero te: non
habebis partem mecum. Dicit
ei symon petrus. Domine non tantum
pedes meos: sed et manus et caput.
Dicit ei ihesus. Qui lotus est, non indi-
get nisi ut pedes lavet: sed est
mundus totus. Et vos mundi
estis: sed non omnes. Sciebat enim quis-
nam esset qui traderet eum: propterea
dixit. Non estis mundi omnes. Post-
quam ergo lavit pedes eorum accepit ves-
timenta sua: et cum recubuisset
iterum dixit eis. Scitis quid fe-
cerim vobis? Vos vocatis me
magister et domine: et bene dicitis: sum etenim.
Si ego lavi vestros pedes dominus et
magister: et vos debetis alter
alterius lavare pedes. Exem-
plum enim dedi vobis: ut quem-
admodum ego feci vobis ita
et vos faciatis. Offertorium. Dextera domini.
Ipse tibi quesumus domine sancte pater Secreta.
omnipotens eterne deus sacrificium nostrum re-
ddat acceptum: qui discipulis
suis in sui commemorationem
fieri hodierna tradicione mon-

[illegible] christus cunctis nequeat.
Infra actionem. Communicantes. Communi-
Communicantes et diem
sacratissimum celebran-
tes quo dominus noster ihesus christus pro no-
bis est traditus. Sed et memoriam.
Hanc igitur oblationem. Infra actionem.
Hanc igitur oblationem servitutis nostre. Sed et
cuncte familie tue quam tibi
offerimus ob diem in qua
dominus noster ihesus christus tradidit di-
scipulis suis corporis et sangu-
inis sui misteria celebranda
quesumus domine ut placatus accipi-
as. Dies nostros. Qui pridie
quam pro nostra omniumque salute
pateretur. hoc est hodie accepit
panem in sanctas ac venerabi-
les manus suas iterum tibi
gratias agens. Cetera usque in finem.
Agnus dei absque [illegible]
[illegible] miserere nobis.
[illegible] pacis [illegible]
Communio.



8

[illegible]

dicat centurio. Acceperunt ergo corpus Ihesu et ligaverunt eum linteis cum aromatibus sicut mos iudeis est sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est ortus et in orto monumentum novum in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasceven iudeorum quia iuxta erat monumentum posuerunt eum. *Postea veniat sacerdos ante altare et incipiat orationes.*

Oremus dilectissimi *sollempniter* nobis in primis pro ecclesia sancta dei ut eam deus et dominus noster pacificare et custodire dignetur toto orbe terrarum subiciens ei principatus et potestates detque nobis tranquillam et quietam vitam degentibus glorificare deum patrem omnipotentem. *Oratione completa non dicat per dominum sed oremus.* Flectamus genua. *Sacerdos autem dicat orationem.*

Omnipotens sempiterne deus qui gloriam tuam omnibus in Christo gentibus revelasti custodi opera misericordie tue ut ecclesia tua toto orbe diffusa stabili fide in confessione tui nominis perseveret

dicat ach. Similiter agat in sequentibus orationibus. Oratio.

Oremus et pro beatissimo papa nostro N. ut deus et dominus noster qui elegit eum in ordinem episcopatus salvum atque incolumem custodiat ecclesie sue sancte ad regendum populum sanctum dei. *Oremus. Flectamus genua.*

Omnipotens sempiterne deus cuius iudicio universa fundantur respice propitius ad preces nostras et electum nobis antistitem tua pietate conserva ut christiana plebs que tali gubernatur auctore sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeatur. Per. *Levate.* Per dominum nostrum. *Oratio.*

Oremus et pro omnibus episcopis presbiteris diaconibus subdiaconibus acolitis exorcistis lectoribus hostiariis confessoribus virginibus viduis et pro omni populo sancto dei. *Oremus. Flectamus genua. Oratio.*

Omnipotens sempiterne deus cuius spiritu totum corpus ecclesie sanctificatur et regitur exaudi nos pro universis ordinibus supplicantes ut gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter serviatur.

[Christia]nissimo rege nostro N. ut Deus et Dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes ad nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. Levate.

Omnipotens sempiterne Deus in cuius manu sunt omnium potestates et omnia iura regnorum: respice ad christianum benignus imperium, ut gentes que in sua feritate confidunt: potentie tue dextera comprimantur. Levate. Per Dominum.

Oremus et pro cathecuminis nostris ut Deus et Dominus noster adaperiat aures precordiorum ipsorum ianuamque misericordie: ut per lavacrum regenerationis accepta remissione omnium peccatorum et ipsi digni inveniantur in Christo Iesu Domino nostro. Oremus. Flectamus genua.

Omnipotens sempiterne Deus qui ecclesiam tuam nova semper prole fecundas, auge fidem et intellectum cathecuminis nostris, ut renati fonte baptismatis adoptionis tue filiis aggregentur. Levate.

Oremus dilectissimi nobis Deum patrem omnipotentem, ut cunctis mundum purget erroribus: morbos auferat, famem depellat, aperiat car[ceres] ... peregrinantibus reditum: infirmantibus sanitatem, navigantibus portum salutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua.

Omnipotens sempiterne Deus mestorum consolatio, laborantium fortitudo, perveniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium: ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse.

Oremus et pro hereticis et scismaticis: ut Deus ac Dominus noster eruat eos ab erroribus universis, et ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atque apostolicam revocare dignetur. Oremus. Flectamus genua.

Omnipotens sempiterne Deus qui salvas omnes homines et neminem vis perire, respice ad animas diabolica fraude deceptas, ut omni heretica pravitate deposita errantium corda resipiscant: et ad veritatis tue redeant unitatem. Levate. Per Dominum.

Pro iudeis non fit genuflexio quia ipsi hac die irrisione